

inde fuit iis pietatis doctrinæque fundamentis & initiis, quæ
insolubili nexu altiora post se traherent. Profecit quo-
que is, pro capacitate Ingenii non infelicitis, adeò feliciter,
tam in primis salutaris doctrinæ capitibus, quam in Lin-
gvarum, Græcæ & Latinæ rudimentis, ut, quod rarum est,
decimum tertium vitæ annum agens, Annō nimirum
1675. illustri Scholæ Misenensi concrederetur, & in ea-
dem per biennium eò felicissimè perveniret, ut ad Studia A-
cademica non absq; spe egregiorum fructuum mitti posset.
Et quanquam hæc omnia à Deo sint, non tamen ingratus
Præceptorum suorum in se merita deprædicare cessat, aut
impostorum cessabit. Atq; ex iis quidem nemini majores
æstimat à se deberi gratias, quam Viro variarum laudum
celebritate insigni, JOHANNI GEORGIO WILCKIO,
Juvenum Formatori in illustri Misenâ dexterimo &
primario. Ab eò enim se accepisse gloriatur, quicquid in
Latinis, & Græcis, historiarum quoq;, artis oratoria Poëti-
cæq; nec non morum notitia possidet. Neq; tamen mi-
nora sunt, quæ à Doctoribus Academicis largâ manu hausit.
Postquam enim WITTEMBERGAM sibi nostram elegit,
ubi studia, alibi feliciter cæpta, felicius continuaret perfice-
retq;, placuit ipsi, maximæ Celebritatis Viro, Professoriq;
nostrarum Athenarum famigeratissimo, BALTHASARI
STOLBERGIO, se adjungere, ut, cui anteà Affinitatis vin-
culô junctus erat, contubernio & convictu quoq; jungere-
tur. Nec spe suâ falsus fuit. Stolbergius enim paternô
eundem amore complexus, & liberum ei insignis Biblio-
thecæ usum liberaliter concessit, & rarioribus eum erudi-
tionis flosculis ita ornavit, ut feliciorem se aliis eò in ge-
nere noster æstimaret. Sed & usus est alicrum Informa-
tione,

B

copis

tione,